DISPUTATIO JURIDICA DE
HOMICIDIO NECESSARIO,

Quam
Supremo Numine adjuvante,
Auctoritate, & Conſenſu Magnifici, Nobiliſſimi, atq; Ampliſſimi JCtorum Ordinis in inclutâ Salanâ
PATROCINANTE
Viro Ampliſſimo, Conſultiſſ. atq; Excellentiſſ.
Dno. CHRISTOPHORO PHILIPPO RICHTERO, J. U. D eximio,
Conſiliario Saxon. & Eberſteinenſi graviſſimo, Profeſſore Publ. celeberrimo, Facultatis Juridicæ p. t. Decano ſpectatiſſ. Curiæ Provincialis & Scabinatus aſſeſſore digniſſimo, Domino Præceptore, Patrono, ac Promotore ſuo ſummo honoris & obſervantiæ cultu ætatem proſequendo.
Publicæ eruditorum cenſuræ ſubmittit
JOHANN. GEORG. Zimmermann
Döbela-Miſnicus,
In auditoriô JCtorum,
Ad diem 28. Septembr. horis conſuetis.

JENÆ.
Typis BLASII LOBENSTEINS.
Anno M. DC. XLI.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

58.

VIRO

Generoſo, Magnifico, & Nobilisſimo,

DNO. HEINRICO

à Frieſen in Rötha/ Sereniſſ. ac Potentiſſ. Electoris Saxoniæ Cancellario eminentisſimo, Conſiliario intimo, & ſupremi, quod Dresdæ eſt, Appellationum judicii Præſidi longè meritisſimo;

Domino & Mecœnati ſuo maximo

Hoc exercitium Juridicum, ſubmisſi cultus teſtimonium,

In devotam ſui ſuorumq́; ſtudiorum commendationem
offert
Autor, & Reſpondens.

Præloquium.

Nemo forſan eſt, niſi in manifeſtiſſimo Veritatis ſole caligare, & oculos claudere velit, qui inficietur ſtudium Juridicum non tantum olim fuiſſe multis intricatarũ ꝯtroverſiarũ Labyrintho involutum, adeò ut ob diverſas diverſorum opiniones, quales erant Sabinianorũ, Caſſianorum, Proculejanorum, Pegaſianorum, *l. 2. inf. ff. de Orig. Jur.* quid verum quidq́; falſum exactè indagare difficillimum, imò potius divinitatis quàm mortalitatis, in nullo hallucinari, & à rectò tramite aberrare extiterit proprium *l. 2. § ſi quid 13. C. de vet. Jur. enucl.* Sed etiam adhuc ampliſſimum, & laborioſiſſimum inveniri in ore eſt omnium. Hinc non immeritò nonnulli Jurisprudentiam multorum Camelorum onus ſalutãt. Freundeb. *de Reſcript. mor. in proœm. n. 9.* & in iis qui ſacræ Themidi nomen dederunt requirunt ferreum ingenium ob improbum & pertinacem laborem, auream Crumenam ob ſumtuum multitudinem, & plumbeum podicem ob ſtudii continua ſerie, & ſine intercapedine tractationem. Cum v. hæc ita ſint, optimè ſibi ſuisq; ſtudiis proſpiciunt ii, qui non magis jucunda mereq; theoretica tractant, præſertim cum ars lõga, vita brevis. *Hippocr. in Aphor. Saluſt. libr. 1. de Bell. Catil.* quam *juxta l. legavi 25 ff. de Libert. leg. l. cum*

non 8 ibi & ſemper in Judiciis verſantur *C. de bon. quæ liber. l 6. §. 4.* ib. Cotidiè *ff. de Precar.* ea diſcunt, quæ ſæpiſſimè accidunt, & in vitâ humana uſum habent inſignem. Nam praxin eſſe optimam LL. interpretem tradit *ex Bald. Jacob Schultz ad Modeſt Piſt. p 2. Q 56 n. 56.* Et ut praxin ſine Theoria futilem, ita Theoriam ſine praxi ſterilem nominat *Magnificus Dominus* Finckelthaus / *Præceptor meus olim in Academia Lipſienſi nonniſi cum honore nominandus, in Orat. de Collegior. Juridic. Orig. annexâ Tractatui de Jure Patron. p. 7 inf.* Revocatis his ad ingenii bilancem, cõſtitui apud animum, theſes quasdam de difficili, in hac circumactâ ferme mundi Periodo frequentisſimâ, & omnibus utili *Weſenb. ad Tit. Cod. Quando lic. unic ſe &c n 3.* nec ulla commendatione, quia ſe ipſam ſatis oſtendit *l. 1. ff. de in integr. reſtit.* indigente, quippe in illa non de glande legendâ, non de oleo vel tritico legato, ſed de ſalute & vita hominis ſervanda agitur, quæ omnibus rebus præferri debet *l ſancimus 21. inf. C. de SS. Eccleſ.* Homicidii neceſſarii materiâ conſcribere, & eruditorum examini ſubjicere. Quod ut fiat feliciter, Numen ſupremum ſucciduo Cordis poplite invoco, ut ſit hujus laboris principium, medium atq; finis. *Nov. 109. in pr.*

THESIS I.

HOmicidii varias eſſe ſpecies ex Dd. ſcriptis ſatis conſtat. Commodioris v. doctrinæ ergò id ſic dividere placet in Voluntarium, & Involuntarium. Illius ſpecies ſunt homicidium vulgare, veneficium, & parricidium, & de horum fabricatoribꝰ loquitur *l. 3. C. de Epiſc. Aud Homicida quod fecit expectet. tt. C ad L Corn. de ſic. Gen. 9. verſ 6 Ordin Crim. Carol V art. 137. ibidq; Matth. Stephan.*

II. Involuntarium eſt vel abſolutè tale, vel ſecundum Quid;

Quid, illius farinæ habetur, quod committitur à furioſo, cujus nulla voluntas *l. furioſ. 40. ff. de R. J.* Ideò ceſſat ordinaria L. Corn. pœna *l. pen. § ſanè ff. ad L. Pompei. de Parricid l. 17. ff ad L. Corn. de Sic.* Item quod ab infante perpetratur, quale excuſat innocentia conſilii. *d. l. 12.*

III. Pertinet huc homicidium Culpoſum, ſi quis alto ſe præcipitat, & ſuper alium venit, vel putator arboris ramum dejiciens, nec proclamans prætereuntem occidit. *l. 7. ff ad L Corn de Sic.* Item quando quis alio modo per laſciviam, vel petulantiam absq; proæreſi aliquem vitâ privat, cujus exempla tradit *Jul. Clar. libr. 5. ſentent. §. homicid. n. 5. Bachov. ad Treutl vol. 2 Diſp. 37. th. 6. lit. a. Carpz. pr. Crim. P. 1. Q. 27. n. 9.* Et talis culpa non meretur pœnam *L. Corn. de ſic* ordinariam, ſed quandam mitiorem puta pecuniariam, relegationem, vel incarcerationem, Veluti in Facult. Juridica Jen. M. Septembri 610. An Philip Weidnern Müllern zu Greitzſchen reſponſum fuit. V. g. W. Z. Alß jhr vns berichtet / daß / weil euch groſſer Schade auff den Felde von böſen Buben geſchehen / vnd zwey Bäume mit Nüſſen ſeind nächtlicher weile geſchlagen vnd geſtolen worden / jhr ewern Sohn Hanſen / welcher 27. Jahr alt iſt / nebenſt ewerm Hauß Knecht Stoffeln in den Weinbergk vber dem Dorff Greitzſchen / in deß Balthaſar von Wangenhaim Gerichten daſelbſten gelegẽ / den 27. Auguſti jüngſtverſchienen geſchickt / dieſelbe nacht zu wachen / ob ſie jemand erdappen / oder die nächtlichen Diebe erwüſchen möchten. Als nun dieſe 2. im Weinbergk gewachet / vnd ewer Sohn darüber entſchlaffen / habe ewer Weib ewern Eſeltreiber vmb 10. Vhr in der Nacht hernach geſchicket / zuſehen / Was ewer Sohn / vnd der Hauß Knecht im Weinbergk macheten / ob vielleicht böſe Bubẽ ſich zuſammen rottiret / vnd ſie vberfallen / welcher Eſeltreiber vnwiſſend ewers Weibes / vnd ewer / einem ſo damals in ewer Mühlen gemahlen / George Draber genand / von Frawen Prieſnitz / einen Jungen geſellen von 20. Jahren / mit ſich zur geſelſchafft in den Weinbergk genommen. Als ſie nun in den Bergk zwiſchen 10. vnd 11. Vhren in der Nacht kommen / habe ewer Sohn Hans Weidner geſchlaffen / vnd Stoffel der Hauß Knecht aber habe

 die

die 2. jetzo berürte den Eſeltreiber vnd Drabern in Weinbergk gehen vnd herumb ſchleichen geſehen/vnd vermeinet es wehren böſe Buben/ die da ſchaden wolten thun / derowegen eweren Sohn Hanſen auffgewecket/ſagende/dort ſeind jhr 2. in Weinberge/ſey ewer Sohn im Schlaff auffgefahren/die Büchſen ſo er bey ſich getragen/ergriffen/vnd losgeſchoſſen/die 2. zuerſchrecken/vnd habe ohngefehr den Draber getroffen / welcher do er das ZündPulver ſehen auffgehen / angefangen vnd geſaget/ Hans thue gemach/aber die Büchſen ſey bald losgegangen/vnd der Schoß albereit geſchehen/do dann ewer Sohn ſehr zornig worden/ſagende zu dem Eſeltreiber/vnd Draber/ey das GOtt erbarm/habt jhr denn keine Mäuler das jhr euch nicht melden könnet. Vff dieſen Schus vnd empfangenen Schaden ſey der verwundete Draber wieder mit dem Eſeltreiber hinein gangen vnd verſtorben. Vnd als der Draber vor ſeinem abſterben die Beichte von dem Pfarr begehret/ vnd von jhme gefraget worden: ob er auch zornig auff Weidnern ewern Sohn wehre/ habe Draber angefangen vnd geſaget/nein/ich habe es jhm alles vergeben/er hat es nicht gerne gethan/ inmaſſen dann ewer Sohn vnd der Draber gute Freunde geweſen/kein einigen Zorn noch Wiederwillen gegen einander gehabt/vnd der Schus ſo bey Nacht in ewern Weinberge/als ewer Sohn vom Schlaff erwecket/vnd noch Schlafftruncken geweſen / geſchehen / ewer Sohn nicht anders gemeinet/es wolten die beyde im Weinberge ſchaden thun. Wann jhr dann ob ein PeinlichGericht wieder offterwehnten ewern Sohn derenthalben anzuſtellen/ vnd wie hoch derſelbe zu ſtraffen ſey/ vnſere Rechtsbelehrnung gebeten habet/D.S.W.V.R. Do es ewern Bericht nach allenthalben bewand/ſo iſt geſtalten Sachen nach darüber eine hoch Peinlich Noth-HalsGericht nicht zuhegen/vnd wird ewer Sohn in erwegung allerhand vmbſtände mit der ordentlichen Straff der Todſchläger billich verſchonet / ſondern wegen begangenes Exceſſes vff etzliche Wochen mit Gefängniß/ od 30. fl. Geltbuß zu milden ſachen ahnzuwendē, willkührlich geſtrafft V.R.W. Vel etiam ratione circumſtantiarum fuſtigationē, *l. Corn. 4. §. 1 ff. ad l. Corn. de ſic. §. item ſi put. J. ad l. Aquil. Harpprecht §. item*

lex

lex Corn.ſ.n.236.J de Pub. Jud.veluti pronunciaſſe Scabinos Lipſienſes refert JCtus celeberrimus Carpz.P.4.Conſt.El.8.Def.6. Et in pr crim p.1.q.27.n.34. Ita quoq; in Dicaſterio Jenenſi menſ. Januar. Anno 1608. ad conſultationem Heinrichs von Clausbruch deciſum fuit: Hat A.B. in der güte bekant/ das er den 26. Nov. deß verſchienen 1607. Jahrs H. M. einen ſtreich vffn Kopff gegeben / davon er in wenig Tagen hernach geſtorben. Wañ nun gleich die wunden nicht vor tödlich erkant/vñ Inquiſit kein vorſatz jhn vmbzubringen gehabt/ er auch ſehr truncken geweſt/ ſo wird er doch wegen begangenen exceſſus mit Ruten öffentlich ausgeſtrichen/vnd des Landes ewig verwieſen.

IV. Pro involuntario homicidio rectè etiam computatur Caſuale, quod præter omnem intentionem & voluntatem committentis ex negotio licito fit, E.g. Cũ intempeſtivè eo tempore, quo jaculandi exercitium inſtitutum erat, per campum jaculatorium ambulans ſagittâ ad ſcopum emiſſa occiditur *l. item ſi 9. § ult. ad L. Aquil. §. ac ne is 3. J. eod.* Et quia tale damnum imprudẽs viator ſuâ culpa ſentit. *l. 203. de R J.* jaculator v. operam rei licitæ dat, meritò is eſt abſolvendus. *Conſt. Crim. Carol V. art. 146 Carpz. d. Def. 6 n 3.* Et ita in Dicaſterio hujus loci menſ. Septembr. Anno 1606. verſus Iſenacum fuit reſponſum: Würde obgedachter Stetzer endlich erhalten/das er nie einen Willen / Vorſatz oder Gedancken gehabt/Schallern in geringſten zu beſchädigen / ſondern daß der Schade ohne ſeinen wiſſen geſchehen / vnd er an ſeinen Todt gantz vnſchuldig ſey: So wird er von angeſtalter Klage nicht vnbillich gäntzlich entbunden V.R.W.

V. Secundum quid involuntarium cenſetur homicidium neceſſarium & coactum, quod non ab animô, & ſpontaneâ voluntate ad occidendum principaliter directa procedit, ſed illud defenſor ſi citra vitæ ſuæ diſcrimen fieri potuiſſet non vult perpetrare, quia v. alio modo ſe ſuamq; ſalutem ſalvare non poteſt quàm occidendo adverſarium, tunc ex accidenti, & neceſſitate quodammodo voluntarium habetur, uti ad hanc ſpeciem illud referunt *Bachov. ad Treutl. 2. Diſp. 32. th. 6. lit. a. Vultej. libr. 1. J. R. C. 48. n. 13. 14. Rat. eſt* Quia coacta voluntas.

tas etiam voluntas dicitur *in l.21.§. ult ff. Quod met. cauſa*. Et actus metu extorti voluntarii *ab Ariſtotele vocantur 3. Ethic. c. 1.* Quatenus tale homicidium ſit puniendum, *vide infra th. 45. & ult.*

VI. Vocatur aliàs Neceſſaria defenſio, Moderamé inculpatę tutelę *L. 1 C. unde vi. Germ.* Ein gezwungener Todtſchlag / eine Nothwehr / eine rechte Gegenwehr *Conſt. Carol. art. 140. Gail. 2. Obſ 110. n. 9.* Requiritur n. tale periculum quod aliter evitari nequit *l. 2. & 3. C. ad L. Corn. de ſic. Weſenb. ad Tit. C. Quado lic. unic. ſin jud. n. 5.* nec pręcedés offenſio jocoſa à pœna homicidii liberat. *Carpz. p. 4. Conſtit. El. 10. Def. 10.*

VII. Definitur verò tàm hominis quàm bruti propter defenſionem perſonarum, & rerum vim injuſtam patientium propriâ autoritate legitimo modo facta deſtructio.

VIII. Eſſe a. id omni jure licitum patet (1.) Ex Jure divino *Exod. 22 v. 2.* ubi occidens furem pro conſervatione rerum non fit reus ſanguinis, quanto magis occidens aliquem pro defenſione hominis, utpote qui ad ſimilitudinem Dei eſt creatus. *Gen. 1. v. 26.* diciturq; dignisſima & nobilisſima creatura *l. 44. in pr. ff. de Ædil. Edict.* Cujus gratia omnia rerum natura comparavit *§ 37 J. de R. D. l. 28 §. 1. ff. de uſur.* à pœna erit immunis, (2.) *Jure naturæ Cic. lib. 1 Offic.* Principiò omni generi animantium eſt a natura tributum, ut ſe, vitamq; & corpus tueatur, declinetq; ea quæ nocitura videbantur. *Adde Plin. libr. 7.* Hinc Leones robore, apes aculeis, Tauri cornibus ſunt muniti, ut laceſſiti illa in ſui protectionem adhibeant. Nobiliſs. Dn. *Arum.* Anteceſſor in hac Salana longè meritisſimus *Diſp. ad π. 1. th. 1 q. 1.* Sic bos aggreſſorem bovem impune interimit *l. 1. §. 11. Si quadrup. paup. fec.*

IX. Nec contradicit (3.) Jus gentium *l. 3. ff. de J. & J. Cic. pro Milone* Vim vi repellere licere ipſius naturæ vocem, & omnium gentium legem eſſe, ſcitè ſcribit. *Obrecht de Nec. Defenſ. c. 4. n. 7.* Cui juri meritò adſcribitur moderamen inculpatæ tutelæ *Weſemb. d. t. n. 5. Garc. in l. 3 de J. & J. n. 3 4. 12. Bocer. Tr. de Duell cap. 10. n. 19.* Nec (4.) Jus Civile. *l. ſed & 12 § 1. Quod met. cauſ. l. 5. l. 45 §. qui cum al. 4 ff ad L. Aquil.* quod facultaté

vim

vim propulſandi approbavit, & in meliorem ordinem redegit *l. 1. C. unde vi* Nec (5.) Jus Canonicum. *C. interfeciſti 2. ib.* te tuaq; liberando. *c. ſignificaſti. Extr. de homicid.* Nec (6.) Jus feudale *2. F. 27. in pr.*

X. Deniq; optimè conſpirat jus Saxon. Land R. *l. 3. art. 78. poſt med.* Wundet ein Mann ſeinen Herren/oder ſchlägt jhn zu Tode in nothwehr ſeines Lebens/oder der Herr den Mann/ er thut daran wieder ſeine Trewe nicht/ ob die Nothwehr mit recht beweiſet wird. *Et Conſtit Crim. Carol. V Imperatoris art. 140.* Ib: So einer jemand mit einer tödlichen Waffen/oder Wehr vberläufft/anficht/oder ſchlägt/vnd der benötigte kan füglich ohne Fährligkeit/oder verletzung ſeines Leibes/ Lebens/ Ehr vnd guten Leimuths nicht entweichen/der mag ſein Leib vnd Leben ohne alle Straff durch eine rechte gegenwehr retten.

XI. Hujus intuitu intrepidè ſtatuendum videtur nullam omninò nec loci nec temporis qualitatem hîc in conſiderationem venire *l. pen. in fin ff. de Requir & abſ. damn. l. 18. §. pen ff. de Quaeſt* ſed ubicunq; locorum ſive ſint ſacri, ſive profani, violentia alicui infertur, ibidem illa jure retunditur, & infringitur *Ayrer. de. Tripl. homic. p 1. n 83. Harpprecht d. §. 5. n. 162. J. de Publ. jud. Dn. Carpz. pr. crim. P. 1. Q. 28. n. 6* Et ita Sēproniū percuſſum in Curia principis licitè ſe defendiſſe, ipſumq; à pœna abſolviſſe Amplisſimam hujus loci Facultatem Juridicam M. Octobri Anno 1633. docet Amplisſ. & Conſultisſ. Dominus Præſes, Præceptor, & Patronus meus omni honoris, obſequiiq; cultu æternum proſequendus in Deciſ. 2. Extenſ. 3. publicè in hac Salana prælecta. Weil gedachter Mævius ohne gnugſame Vrſachen in einem ſolchen privilegirten Orte/dem Sempronio zuvorn in die Haare/vnd Barth gefallen/welche real injurien wegen deß vornehmen privilegirten Orths an jhm ſelbſten deſto gröſſer/vnd ſchrecklicher/vnd ſchwer zuverſchmertzen geweſt/ ſo hat auch Sempronius in deme daß er ſich gewehret/vnd Mævium vff ſtracken Fuß ins Angeſicht geſchlagen/nit vnrecht gethan/vnd darmit ſo viel nicht delinquiret, daß er derohalben geſtrafft/ oder zum wenigſten ſeines Raths Dienſts entſetzet werden könte. V. R. W.

XII. Proinde haud pro rejiculâ habenda eſt cõmunis Dd. opinio,quæClerico ſacra celebrãti licitũ eſſe céſet ſuſpẽsâ celebratione inſultum amoliri,& aggreſſorẽ defenſionis cauſa interficere,poſteaq; ad ſacra inchoata redire. *Zoann.Defenſ. tripart p.1.n.13.Gutierrez.2.pr quæſt.1.n.21.Gail 1.de P.P.16.n.9 & libr 2.obſ.110.n.12.Berlich.P.4.Concluſ.Pract.12.n.15.*Plures allegat & ſequitur Magnif.& Nobiliſſ.Ordin. p. m. Dn.*Theodor. in Colleg.Crim.Diſp.ult.th.4.lit.a.*Nec nos cornua obvertimus iis,qui itidẽ Sacerdoti infantem morti proximum Baptizaturo,aut in agone conſtituto ægroto SS. euchariſtiam adminiſtraturo,ſalvâ conſcientia,ſi inſultatur,concedunt relictis ſacris aggreſſorem repellere,& occidere,etiamſi interea tẽporis illos mori contingat,tùm *ob text.l 3 generalem ff de J.& J.*&ubi lex non diſtinguit,nec nos diſtinguamus *l.de pretio 8. in pr ff.de Public.in rem act.*tum ob ſui ipſius charitatem *l. 6. C. de Servit.& aq.l.23.§.3.de Ædil.Edict.*

XIII. Objectũ homicidii neceſſarii ſunt Perſonę,quando ſcil.ipſarum vita,vel corpus in diſcrimen ponitur.*l.3.ff.de J.& Jur.l.45 ff.ad L.Aquil.Conſtit.Crim.art 139.*Et Res *l.1.C.unde vi.*Utræq; vel Propriæ vel alienæ.Pro proprii corporis tuitione poſſe quemlibet vim avertere citra ullam ſexus, ætatis,conditionis,& ordinis differentiam,caret ſcrupulo *ob l.3. de J.& J.*ib.quiſq; quæ vox ceu generalis omnes denotat.*l.29. ff de hered.inſtit.*etiam fæminam *l.1.de V.S.* ibiq; *Goedd. axiom. 3.n 53.*quin defenſionem nemini ne Diabolo auferendã dicit *Hippol.de Marſil.ad l 1.in pr.ad L.Corn.de ſic.Weſenb.n. de accuſat. n. 12.*

XIV. An verô quis tutelam alius videlicet proximi ſubire teneatur,ſpinoſa exoritur cõcertatio,& incerta fluctuatio.Placet nobis in Affirmantium caſtra tranſire cum ſequẽti limitatione,ſi hoc commodè absq; vitæ propriæ periculo fieri poteſt.ſiquidem hoc facere alteri obſtringimur quod alteri prodeſt,& nemini nocet.*l.2.§.5 ff. de aq.pluv.arcend.* præſertim quia ipſa natura cognationem quandam inter homines conſtituit *l.3.ff.de J.& J.* Et hoc inſuper à nobis ſalus Reipubl.cui omnes naſcimur *l 1.§.15.l.fin.ff.de ventr.in poſſ.mitt.*requirit.

quirit. Bonum etiam argumentum deſumi poteſt ex *l. culpa caret. 50. de R. J. l. 109. Eod.* à contrario ſenſu quod in jure validum æſtimatur *l. 1. ff. de offic. ejus cui mand. Jctio.* Quæ omnia noſtrâ ſententiam adeò ſtabiliunt, ut intermittens defenſionem alterius, quam ſine periculo ſubire poterat, judicis prudentis arbitrio puniri poſſit. *Zoan. in Tract. defenſ P 1 n 94 & ſeqq. Vasq. I. illuſtr. Controv c. 41. n. 22 Harprecht ad §. item lex Corn. 5. n. 132. J. de Publ Judic. Berlich. d. Concluſ. 12. n. 44. 45 Dn. Theodor. Diſput. Crim. ult th. 4. lit. D. in fin Dn. Arum Diſp π. 1. th. 6. Carpz. in Prax. Crim. P. 1. Q. 32. n. 12 Matth ad l. culpa caret 50 n. 15. & ſeq. de R J. Gerhard. Dec. ult Q. 6. Bachov. ad Treutl. vol 2. Diſp. 32 th. 6. lit. I.* Quod ſtrictius obſervarunt Ægyptii morte mulctantes eos qui injuriam patienti opem non tuliſſent, ut habet *Salom. in repetit. l. 3. de J. & J. n. 16.*

XV. Et hæc procedunt maximè in iis, quos obligatos tenet vel vinculum Pietatis, conſanguinitatis, & affectionis, quales ſunt Parentes, quia naturâ parentibus pietas, & reverentia debetur *l. 4 ff. de in jus voc. l. 2 ff. de J. & J Zoann Tract. Defenſ. tripart. p. 1. n. 62 Ayrer de Homicid. Neceſſ. p. 1. n. 212.* Liberi *l. 8 ff Quod met. cauſ.* in quibus conſervatur nominis, & familiæ ſplẽdor *l. 220 de V. S. Weſ. π C. Quand. lic. un. & c. n. 6* Fratres *Zoann. d. Tract. p. 1 n 82. & ſeqq. Alexandr. Conſ. 2 Volum. 7.* Et ita quendam, qui ob fratris defenſionem alii mortem fabricaverat, abſolutum à pœna fuiſſe allegat *Clar. libr. 5 Sentent §. homicid. n. 27.* Item Conjuges *l. 1. §. 3. de Injur.* Cùm uxor & maritus una Caro & anima ſint *Gen 2. verſ fin Weſ. d l.* Item Præceptores, Diſcipuli, Socii, quod ſocietas ſit inſtar fraternitatis *l. 63. in pr. Pro Soc. Bocer. Tract de Duell. cap. 10. n. 3.* Et debere ſtudioſum ſociũ defendere tradit *Rebuff. Privil. Schol. 103.* Pertinet huc exemplum Moyſis *Exod. 2. verſ. 11. Actor. 7. verſ. 24.*

XVI. Vel vinculũ Poteſtatis, datæ fidei, & obligationis mutuæ, ut ſunt ſubditi, qui Magiſtratui, & ſuperiori ſuo ratione ſubjectionis in vitæ bivio ꝯſtitutis ſuccurrere debent *l 1. in pr. l. cum Dnus 19. ff. ad SCt. Silan l. 6. §. ult. ff. de Re milit.* Quin

 imò

imò de Jure Saxon. ſubditi Magiſtratum ad arma vocantem in puniendis facinoroſis ſequi tenentur Landr. *libr. 1. art. 53. Landr. libr. 7. art. 72. Weſ. C. d. tit. n. 6.* Nobilisſim. Dn9. *Theod. d. diſp. ult. th. 4. lit. D.* Item Vaſalli Dominum periclitantem ſub privatione feudi juvare debent *C. un. §. licet Vaſall. Si de feud. defunct. Content. 2. F. 26. C 1. §. ſi à morte de alienat. feud. patern. 2. F. 39 Vultei. 1 Feud. c 11 n. 9.*

XVII. Sed an Vaſallus Domino etiam adeſſe debeat contra Patrem. in utramq; partem diſceptatur. Et in cauſa juſta, quando ſcil. Pater aliquid hoſtiliter adverſus Rempubl. attentat, id affirmare non dubitamus. Militat pro nobis regula quod Vaſallus contra omnem hominem Domino adeſſe obligetur, excepto Imperatore vel Rege. *C. un de nov form. fid. 2 F. 7.* Exceptio v. firmat regulam in caſibus non exceptis *l. 1. de R. J. ib. Dd.* adde textum expreſſum *C. un. § fin. 2. F. 28.* Facit huc quod jure civili major habeatur Patriæ quam parentum ratio *l. 14. §. 4 ff. de Mun. & honor.* Et patri bellum moventi liberi nullam debent pietatem *l. 35. ff de Relig. & ſumt fun.* Calculum ſuum addũt his *Cubach. QQ. illuſtr. Dec. 1. Q 8. Theodor. d th. 4. lit. D. Q. 1.*

XVIII. Sequitur alterum homicidii neceſſarii objectũ, ſc. RES, pro quibus non minus, ac perſonis homicidium cum moderamine inculpatæ tutelæ commiſſum, eſſe LL. impunitum, probat *l. 1. C. unde vi.* Et non ſolum Res in poteſtate adhuc noſtra extantes defendi poſſunt *d. l. 1.* ſed etiam poſſeſſionem amiſſam armis recuperare licet, *l. 3. §. 9 ff. de vi. & vi arm.* Adde quod Jure Canon. *c. interfeciſti X. de homicid.* defenſio vitæ, & bonorum perinde judicetur; nec immeritò, cum periculum jacturæ bonorum periculo vitæ æquiparetur. Avth. quod mater *l. fin. C. de Rev. donat.* Et pecunia, ſeu res ſecundus ſanguis hominis dicantur. *text. & gloſſ. in l. Advocati C. de advoc. d. v. jud Bald in l. ſi tuis nummis. C. de oper. libert. Menoch. arb. jud. Queſt. libr Cent 2. Caſ. 110. n. 6.* quippe illæ conſervant vitam *l. 4 ff. de agnoſc. & al. lib.* & ſtatum dignitatis *Nov. 90. c. 1. l. 6. C. de ſuſp. tut.* ut ita æquiparatorum æquiparata ſit ratio *l. 32 ff. ad L. Aquil. l. 14. ff. de LL. l. 1. §. 1. ff. de Serv. corrupt.* Schneidew.

§. *ſed.*

nonuq; 3.n 6.J.d Leg. Concordant in hac aſſertione *Clar.libr. 5.Set.§ homicid.n.25 Cepoll Conſ.Crim. 44. in fin Dn.Theod.d. th.4 lit.E.Berlich.p.4.Concluſ 12 n 36.Arum.Diſſ.ad n.1.th 5.Dn. Carpz.in Pr.Crim P.1.Q.32.n.32.& ſeqq.* aliiq; innumeri. Et ita menſ. Novembr. Anno 1637. ad conſultationem Johannis Facii, Quæſtoris zu Grâventhal in Dicaſterio hujus loci celebratiſſimo, deciſum fuit: Würden die Summariſcher Weiſe abgehörte Zeugen jhre auſſage / inmaſſen ſie zu thun ſchuldig / mit einem leiblichen Eyde beſtärcken / ſo iſt ſo dann bemelter Lunckbein / geſtalten ſachen nach / von angeſtalter inquiſition zuentbinden / auch mit einiger Straff nicht zubelegen V.R.W.

XIX. Quæ omnia præcipuè obſervantur, ſi res aliter ab invaſore, fure, & raptore recuperari nequit, quoties enim periculum, eſt in morâ à regulis juris communis receditur *l.5. § præterea 12.de oper.nov.nunciat.* Movet & hæc ratio, quod quia rerum ſpoliatio plerumq; fit armis, non modo illarum, ſed & vitæ periculum ſubeſſe videatur *l.3.§. eum igr. l. qui poſſ. 17.ff.de vi & vi arm.l.1.§.vim vi ff.Eod.Bocer de Duell.c.9.n.1.* Et hoc forſan in deſertoribus militiæ, viarum obſeſſoribus, & latronibus den StraſſenRäubern / vel uti honeſtiori nomine inſigniri cupiunt, den Beutemachern / qui non niſi itinera infeſtare, viatoresq; ſtrenuè expilare ſciunt, ob expreſſam Imperat. ſanctionem in *l.1.C.*Quand.lic.unic.ſe ſin.jud caret dubio. *Diſſ.Zoan.Def.Trip.P.1.n.46.Romul.ad L 3.de J. & J. n. 96. Garc.ad d l n 28.Obrecht. Tract.de Nec.Def. c.8.n. 8. Facbin. 1. Controv. C.31.Bachov.d.th.6.lit.H.Petreus Theſ.Concluſ.Crim.119. Volz ad L. Corn de Sic c.7.150.Dambud.in Prax.Crim. c.78.n.3.*

XX. Pro ſimplicis autem famæ, & honoris defenſione manus violentas inferre injurianti minimè juri conſonum putamus, tum quia abſq; Lege nihil temerè aſſeverandum, *l.illam 19.C de Collat. l.5. C.de Repud.Nov.2.c. cum igr.3.* nec, quod lege non cavetur, in Practica habetur. *Bald in c nihil 44. n 25.Extr.de Elect.& El.pot.Hartm.Piſt.Q.15. n.36. libr.2.* tum quia anologia, & proportio defenſionis & offenſionis ſervari debeat, qualis hîc non eſt, ſi pro verbis licet injurioſis referantur verbera *l.1. C.unde vi.* Præſupponit enim defenſio præ-

 ſens,

ſens,atq; imminens periculum. *Ordin.Crim.Carol. art.140. l. is qui aggres.C ad L.Corn.de ſic. Dambud. in Prax.Crim.c.76. n. 4.* Inde rectè Scabini Lipſienſes eum, qui levibus injuriis laceſſitus injuriantem occiderat,ad mortem condemnarunt,atteſtante Dno *Carpz.P.4.Conſt El.10.Def.6.*verba ſent. So möchte er wegen ſolcher begangenen/ vnd bekanten entleibung ſeines vorwendens/vnd deß abgehörten Zeugen auſſage/daß nemlich der entleibte zu jhm geſaget/ du magſt wohl ein loſer Hudler ſeyn/in anſehung daß der entleibte gantz vnbewehret geweſen/ vngeacht/hinwieder mit dem Schwert von dem Leben zum Tode geſtrafft werden. V.R.W.

XXI. Fallit tamen hoc (1.) niſi circumſtantiæ, & qualitates perſonę aliud ſuadeant,puta ſi homo infimæ ſortis nobilem, vel alium in dignitate cōſtitutum virum atroci afficeret injuriâ verbali, tunc injuriâ affectus,ſi necem injurianti intulerit, tantum pœnâ extraordinaria punitur *per l.14.§.ſi libert.ff.de bon.libert.* Cum difficillimum ſit juſtum temperare dolorem *l.38.§.8.ff ad L.Juli.de adult.* Et ita poſt alios ſentit prælaudatus *Dominus Carpz.d.l.Def.7.Dn.Theod.d.th. 4. lit ult. Bocer.de Duell.c.8.in fin. Carer. in Prax.Crim.p.187.n.1. Harpprech. d. §. it. lex corn.5.n.169.J.de Publ.Jud.* (II.) In injuria per ſtuprum in corpus inferenda, cujus cauſa attentatorem pudicitiæ occidere eſt permiſſum *l.1.§.4.ff ad L.Corn.de ſic. l.3. l.8.§.quod ſi dederit.ff.Quod met cauſ.* Quia hic eadem militat ratio,ſc.quod virginitas ſemel amiſſa nullo modo recuperari poſſit *l.un.C.de Rapt.Virgin.Gail.2.obſ.110.n.5. Berlich. d. Concluſ.12.n.40.Arum.d.Diſp.1.th.4.Farinac.in pr.Crim.p.4 tit. de homicid.14.Q.125.n.44.& ſeqq.Dambud.in pr.Crim.c. 80. n. 21.* Quam ob cauſam maſculè Lucretiam apud Livium marito quærenti,Satin' omnes res ſalvę eſſent, reſpondiſſe,Minimè: Quid enim ſalvi mulieri eſſe poteſt amiſsâ pudicitia? ſcribit *Kremberg.Tr.de N.D.Q.8.n.68.* Suppeditat nobis *Bocer. Claſſ. 4 Diſp.4.th.45.* exemplum ancillæ,quæ non injuriâ pro Virginalis floris conſervatione violento ſtupratori membrum virile præcidit.

XXII. Pertractatis his,pro quibus defenſio neceſſaria com-

competit,reſtat,ut quædam dicamus de illis,contra quos cōpetat. Et datur illa contra inſultantes indiſtinctè,citra ordinis ſexus.vel reverentiæ reſpectum. *Excellentiſſ.Dominus Præſes d. Deciſ.2.Ampliat.4.* cum defenſio ſit juris naturæ *ſupra. th. 8.* quæ inter homines nullam facit differētiam *l.32.de R.J.& quia l.3. ff.de J.& J.l.45.ff.ad L.Aquil.* generaliter loquuntur, ideò eo modo,quo proferuntur,accipiendæ. *l.1. §.general. ff. de Leg. præſt.* Exinde emergit, quod non modo contra inferiorem magiſtratum vim inferentem *l.32.ff.de injur. l.5.l.7. C. de jur. fiſc.* ſed etiam contra principem mortem machinantem licitum ſit defenſionem neceſſariam ſuſcipere. *Bachov. ad Treutl. Diſp. 32. th. 6. lit.f. Harpprecht.d. §.5. n. 230. Petr. Placa in Epitom.Delict.c.28.n.8.* licet extrema tentare,ſupplices preces, imò fugam pro vi avertendâ adhibere non diſſuadeamus. Doctam cautelam tradit *Hillig. ad Don. libr. 17.c.2. lit.c.not.* Initio utendum eſſe verbis et amica conventione,deinde herbis i.e. juris remediis,tertio lapidibus,ut ubi non ſufficit virtutis ingenium, valeat armorum præſidium.

XXIII. Sed nec adverſus furioſos, mente captos,ebrios,ipſaq; bruta,affectu offenſionis,&injuriæ carentia *l.1.§. ait prætor ff.ſi quadrup.paup.l.3. §.1.ff.de injur.* denegatur defenſio *l.3.ff.de J.& J.Obrecht.de Nec.Def. c.6.n.58. & ſeqq. Ayrer de homic.neceſſ.p.1.n. 66. Berlich. d. concluſ.n. 32. & ſeq. & poſt. alios Bocer.de Duell. c. 10. n.17.* Item nec adverſus fæminas. Nam licet non facilè fæmina tam audax ob ſexus fragilitatem, & timiditatem præſumatur, ut virum offendat, & lædat, attamen ſæpe transgreſſæ pudoris limites nullū non atrox ſcelus perpetrare, & omnium flagitiorum ſyrtes incurrere hodie ſolent: Neq; in terris ſerpens adeò eſt venenatus, ut fæmina quædam ad iram commota *Gvevar. Horol. princ. n. 307. Syr. c. 25. verſ. 23. prov. 21. verſ. 17.* Unde pacem publicam perturbare poſſunt *Gail. 1. de PP.1. n.34.* Et illas ob ſolas minas ad cautionem de non offendendo teneri, tradit *Moller libr. 16. Sem. cap. 29. n. 6.* Proinde non immeritò mulierem hoſtiliter virum invadentem armata manu repellere permittit *Conſt. Carol. art. 144.* Wie wohl nicht leichtlich

ein Weib einen Mann zu einer entſchuldigten Nothwehr verurſachen mag / ſo wer doch müglichen / daß ein grauſam Weib einen weichen Mann zu einer Nothwer dringen möchte / vnd ſonderlich ſo ſie ſorgliche / vnd er ſchlächtere Wehr hette.

XXIV. Sed quid de Parentibus? Horum quidem emendationem æquo animo ferre oportet liberos *l.3. C. de patr. pot. l. un. C. de em. propinq.* ob arctiſſimũ ſanguinis & reverentiæ vinculum, quo ipſis obſtringuntur *l. 2. ff. de J. & J. l. ſi filius 3. l. filia C. de Patr. pot. l. 9. ff. de obſeq. par. & Patr. præſt.* Si verò parens terminos licitæ caſtigationis excedit, liberos more tyranni animoq; occidendi adoritur, & in tantas detruſerit anguſtias, ut neq; filii deprecatio, neq; fuga, neq; verberum declinatio parentum iram lenire, & inſultus violentos avertere poſſit, omninò etiam defenſione moderata uti adverſus ipſos eſt conceſſum *Romul. Compend. homicid. p. 1. n. 30 Kremberg. de Nec. Def. Q. 3. Dn. Theod. d. Diſp. ult. th. 4. lit. c. Proſp. Farinac. in prax. crim. §. 4. tit. de homicid. 14. q. 125. n. 111. & ſeqq. Capoll. conſ. crim. 5. n. 26. Kubach. cent. 1. QQ. illuſtr. Dec. 2. Q. 10. & plures quos ſequitur Harprecht d. l. n. 223. & ſeq.* Sublatâ enim hodiè in liberos vitæ & necis poteſtate *l. in ſuis 11. in fin ff. de Lib. & Poſth. l. un. C de his* qui parẽt. vel liber. occid. patria poteſtas non amplius in atrocitate ſed pietate conſiſtere debet *l. 5. ff. ad L. Pompej. de Parricid.* nec in tolerabilẽ injuriam ſub reverentiæ prætextu LL. defendunt. *Oldendorp. in Claſſ. 1. act. 4. in pr. n. 3.* Siquidẽ quavis amplâ, & abſoluta poteſtate ineſſe intelligitur, ne quid illicitum ne quid jure prohibitũ fiat *l. 1. ff. de Teſtam. mil. l. 15. in fraud. l. dot. 16. ff. Eod. Krẽb. d. q. n. 74.*

XXV. Idem jus de diſcipulis & ſubditis adverſus ſævitiam præceptorum, magiſtrorum, & Dominorum ſe opponentibus dicendum. Nam ipſis ſolum levis coercitio, moderataq; caſtigatio permittitur *l. 5. §. fin. l. 6. l. 7. in pr. ff. ad L. Aquil. nec hodiè* ſervi & famuli ita ſunt in poteſtate, ut habeant jus vitæ, & necis in ipſos Domini, *§. 2. J. de his qui ſui vel al. jur. l. un. C. de Emend. ſerv.* nec ea, quæ jure veteri cõſtituta, ad noſtri ævi miniſtros extenduntur, & accommodantur. *Obrecht. de*

Nec.

*Nec.Defenſ.c.6.n.24.Theod.d.th.4.lit.C.in fin.*Qua de cauſa Dominos,nobiles aliosq; ſuperiores in ſubditos plus æquo animadvertentes,aſſiduisq; operis eos aggravantes Jurisdictione privari poſſe cenſent non infimi ſubſellii JCti. *Mynſ.5.obſ. 8.Gail.1.obſ.17.n.3.4 & libr.1.de PP.c.2.n.22.Hartm.Hartmanni tit 54.obſ.43 Gothofr.Anton.Diſp feud.11.th.7.lit.d.*

XXVI. Progredimur nunc ad formam homicidii neceſſarii, quæ juxta communem Dd.&Pragmaticorum doctrinam conſiſtit in ſequentibus.*Gail.libr.1.de PP.c.16.n.17. Carpz. pr Crim.P.1.Q.28.n.20.Hillig.ad Don. libr. 17.C.2. lit. I.not.* I, In cauſa,quæ debet eſſe juſta,ut inſultatio adverſarii injuſta, &mortis,vel alterius gravioris offenſionis periculum.*Berlich. P.4.Concl 13 n.4.n.24. Ord. Crim. art.140.* quod invaſus nullo modo,quàm aggreſſorem vulnerando, vel occidendo declinare poteſt *l.5.in pr.l.45 §.qui cum alit 4 ff ad L Aquil l.2.3. C. adL.Corn.de ſic.Gail.2.obſ.110 n 13* Sed pro levi injuria perſonali nō licet occidere,cū nō diceretur defēſio moderata.*Carer.in Practic.Crim fol 179.n.47.*quē adducit *Bocer deDuell c 10.n.8 in fin.*Secus ſe res habet,quādo quis licitè offēditur,ubi n.offēſio eſt licita,ibi defenſio eſt prohibita *Volz.ad L.Corn. de Sic.c.7. n.18.* Et ita malefici ac criminis rei in carcerem conjiciendi lictoribus,aliisq; juſtitiç executoribus impunè haud reſiſtunt *c.qui reſiſtit 2.q.3.l addictos C.de Epiſc.aud Conſt.Crim.Carol.art. 142.art.150.ib* Oder dem entleibten hette gebühret den verklagten Todtſchläger von Ambts wegen zu fahen. *Bocer.d.c 10.n.6.* Juris quippe executio non habet injuriam *l.13 §.1.2.6.l.15.l. 38.ff.de injur.* Et judex hoc miniſtris in mandatis dediſſe præſumitur *l.1. C.de offic. div. Jud. Romul, compend. homicid.p. 2.n.259.*

XXVII II.In temporis obſervatione,ut fiat repercuſſio non ex intervallo, ſed in continenti,durante offenſionis actu,& ardente adhuc pugna *l.quod eſt 3. §. cum igr 9.l. qui*

verb. Ob die Nothwehr/*verſ.* zum andn/*ib.* daß die Nothwehr in der friſchen That/vnd auf friſchen Fuß geſchehen *Hillig. ad Don. libr. 17. cap. 2. lit. G. not. Gail. libr. 1. de PP. c. 16. n. 12. Bocer. d. l. n. 43. Berlich. p. 4. concluſ. 13. n. 40. & ſeq. Weſemb. ad Tit. C. Quando lic. un. ſe ſine Jud. n. 8. in fin.* Schneidew. *ad §. 1. J. de J. N. G. & C. n. 15. Bachov. ad Treutl. vol. 2. Diſp. 32. lit. K.* Nā qui ex intervallo illatam vim repellit, cogitatò, & ulciſcendi animo id facere cenſetur *d. l. 45. §. 4. Juſt. Mejer. ad L. Corn. de ſic. th. 7. n. 4. Gail. libr. 2. obſ. 101. n. 5. Berlich. Concluſ. 17. n. 14. circ. fin. p. 4.* Vindicta a. regul ad officium judicis ſpectat *l. 14. C. de jud. l. non. eſt ſingul. de R. J. tt. ut nem. lic. ſine jud.*

XXVIII. III. In modo, qui requirit propulſationem ad vim, & periculum imminens proportionatam. Quemadmodum vim inermem, & manu illatam non ſtatim armis cruentis, gladioq; acuto repelli convenit, ſed ſi armis, pugnis, aut verbis aliquis impetitur, iisdem viciſſim ſe defendere deb et. gl. Germ. *Jur. Saxon. art. 78. libr. 3.* LandR. *n. 10. in verb.* Denn wer dich mit Fäuſten ſchlägt/den ſoltu nicht mit einem Schwerd niederſchlagen/ſondern auch mit Fäuſten. Ne reſiſtentia paſſionem excedat *Obrecht. d. Tract. c. 13. n. 6. Ampliſſimus Dominus Præſes ſupra citata Deciſ. 2. circ. fin.* niſi aggreſſor pugnis inſtet & cædere nō deſinat. *Don. ad l. 1. C. unde vi.* Ex iſtâ enim iteratione & inſtantia, occidendi animus facilè apparet *Salom. ad l. 3. ff. de J. & J. n. 9. Obrecht. d. l. n. 10.* Vel inæqualitas perſonarum aliud ſuadeat *Bald. in l. 1. C. und. vi n. 13. Weſemb. P. 1. Conſ. 19. n. 57. Volz. ad L. Corn. de ſic. C. 7. n. 126.* puta quando robuſtior inermis manuum robore fretus (ut fuit quidam Peruſinus qui unico pugno in Capite, & homines, & boves interimere potuit *Weſenbec. Vol. 1. Conſ. 19. n. 57. verſ ſi adverſ.*) debiliorem pugione armatum invadit, tunc hic aggreſſorem armis rectè repellit. *Carpz. Pract. Crim. P. 1. Q. 28. n. 25. Berlich. P. 4. Concluſ. 13. n. 60. Don. enucl. libr. 17. Cap. 2. lit. L. Bocer. de Duell. c. 10. n. 57.*

XXIX. Interim paritatem armorum per omnia non exigimus *l. ſi ex plag. 52. §. 1. ff. ad L. Aquil.* Et ſimpliciter dicitur in l. 3. vim, & injuriam repellere licet *ff. de J. & J.* nec video

quomo-

quomodo defenſor ſibi de pari armatura proſpicere poſſit, cum defenſio in continenti fieri debeat, comparatio verò armorum æqualium, quæ ſi non in promtu habentur, die, & mora indigeat. Notabiliter igitur docet *Nobiliſſ. Dominus Arumæus Diſp. π.1. th.2. Et. Exercit. Inſt. 20. th. 11.* ſtultum eſſe cum poſſumus firmioribus armis uti, iis abjectis in vitæ diſcrimen venire, & ſic certiore omiſsâ viâ pro vitæ defenſione periculoſiorem ingredi. Confer. *Salom. ad L.3. de J. & J. n.6. & ſeqq. Gail. 2. obſ. 110. Weſemb. vol. 1. Conſ. 19. n. 52. Obrecht. d. Tract. C. 10. n. 5.* Par tamen telum in eo effectum aliquem operatur, ut invaſo alleganti homicidium neceſſarium non facilè fides adhibeatur, quando armis longis validioribus adverſus aggreſſorem occiſum uſus fuerit, ſed tenetur talem contra ſe militantem præſumtionem contraria probatione elidere. *Volz. comment. ad L. Corn. de ſic. C. 7. n. 137. fin. Theodor. d. Diſp. Crim. ult. th. 5. lit. C. Bocer. d. c. 10. n. 88.*

XXX. Hîc non incommodè quæritur, an quis in tali conflictu primum ictum expectare teneatur. Et negativa ut verior, ita etiam textibus, & rationibus eſt ſuperior. Et ſufficere putamus præſentem armorum terrorem, videlicet quando aggreſſor gladium ſtringit, bombardam arripit, manum elevat, & vim minatur *l.5. in pr. ff. ad L. Aquil. l.3. l. 4. ib.* inferendæ cædis *C. ad L. Corn. de ſic. l.1. verb.* minatur *C. Quand. lic. un. fin. jud. ſe vind.* Melius enim eſt in tempore prævenire, quàm poſt vulnus acceptũ remedium quęrere *l ſanccimus 5. in f. C. In quib. cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſ. l.1. C. Quand. un. lic. fin. jud.* Poteſt inſuper primus ictus tam validus eſſe, ut eo illato offenſus ſtatim ſuccumberet, & poſtea defenſionis facultas ipſi parum prodeſſet *l.3 ff. de J. & J. l. quod eſt. 3. §. qui armat. 5. ff. de vi & vi arm.* Confirmat hanc ſententiam textu expreſſo *Conſt. Carol V. art. 140. ib.* Iſt auch mit ſeiner Gegenwehr biß er geſchlagen wird zu warten nicht ſchuldig. Favent nobis hîc *Berlich. P. 4. Concl. 13. n. 7. & ſeqq. Gail. libr. 1. de PP. 16. n. 21. Ob-*

Maſcard. de Prob. vol. 1. Concluſ. 489. n. 3. & vol. 3. Concl. 1126. n. 10. Farinac. in Pr. Crim. tit. de homicid. 14. Q. 125. n. 84. & ſeq.

XXXI. Cæterum de fugâ quid pro certo hîc dicendũ neſcio, & in hoc dubio hæreo more Icti *in l. ſi me & Titium ff. ſi cert. pet.* qui in quæſtione difficili reſpõdit: ſubſiſto i. e. dubito. Illam tamen invaſum regulariter arripere non teneri contra diſſentientes affirmamus, quia LL. Jubent vim vi repellere *l. 3. ff. de J. & J.* fuga v. potius adverſarium audaciorem reddit, quàm illius conatus infringit *Hillig. ad Don. d. c. 2. lit. K. in not. circ. fin. Boc. d. c. 10. n. 44.* Accedit & illud, neminem debere ſe præſenti periculo exponere *l. 2. §. ſi quis 8. ff. Si quis caut. in jud. ſiſt. l. ſi Pater 34. §. ſi quis l. ff. de Donat.* nec nos ea facere, quæ lędunt pietatẽ, & exiſtimationem noſtram, decere. *l. filius qui 15. ff. de condit. Inſtit. Conſtit. crim. Carol. art. 40. Arum. d. Diſp. 1. th. 2.* Licet conſultius putaverim ad arbitrium Judiciis recurrere, qui pro variatione circumſtantiarum, factorum, perſonarumq; qualitate Jus extendit, & reſtringit *arg. l. Mævia 13. §. fin. de ann. leg. l. ſi ex plag. 52. §. in clivo ff. ad L. Aquil. Harprecht. d. §. 1. lex Corn. n. 121. J. de Publ. J. Obrecht. d. tr. c. 10. n. 18. Bocer. d. c. 10. n. 47. Magnif. Dnus Franck. Exerc. 12. Q. 6.*

XXXII. Finis hujus homicidii neceſſarii eſt, ut quodlibet animal ſe ſuaq; protegat, & conſervet, non verò injuriam ulciſcatur *l. 45. §. pen. ff. ad L. Aquil. l. 3. ff. de J. & J. l. 9. ff. ad L. Corn. d. Sic. Weſemb. d. t. n. 8. Obrecht. d. Tract. c. 12. n. 2. Eleganter Cic. in orat. pro Milon.* Hoc ratio doctis, & neceſſitas barbaris, & mos gentibus, & feris ipſis natura præſcripſit, ut omnem ſemper vim quacunq; ope poſſent, à capite, à vitâ ſua propulſarent. Et hâc protectionẽ ſubire quilibet non ſolum debet, ſed & obligatur *per l. culpa caret 50. ff. de R. J. ibiq; Matth. l. leg. Corn. 9. §. eadem pœna 1. ff ad L. Corn de falſ.* niſi velit peccare contra Deum, citra cujus juſſum diſcedit de ſtatione ſua, & contra Rempubl. cui ſtudium, & operas ſuas ſubtrahit *l. 1. § gral. 15 de ventr. in poſſ. mitt. l. poſtlim. jus § 7. ff de Capt. & poſtlim. reverſ.*, & in ſeipſum committere injuriam, dum

contra

cõtra regulam charitatis *c.ſi.non licet 9.C.23 q.5* alterius doloſæ aggreſſioni ſuam ſalutem poſtponit *Obrecht.d.Tract.C.1.n.23.& ſeqq.Berlich.P.4.Concluſ.12.n.13.Zoan.P.1.n.3 Petr.Plac.Epit delict.c.29.n.2.*

XXXIII. Effectus homicidii neceſſarii eſt vel principalis,ut ſalus corporis,&rerum:vel ſecundarius,occiſio adverſarii,& quod vulnera cædesq́; exinde ſecutæ impune relinquantur *l.3.ff.de J.& J.l 45.pen.ad L.Aquil.l.4 C.ad L. Corn. de ſic.*idq́; expreſſis comprobat verbis Conſtit.*Carol.art.139.ib:* Ohne alle Straff/& ib. Und do er den Benötiger entleibt/iſt er darumb nicht ſchuldig *Weſemb.d t.n.8.Harpprecht.d. §.5.n.113. Beſold.Conſ.89.n.1.& ſeq.vol.2.* Quod adeò verum eſt, ut nec impenſas in vulnus curandum factas, nec ullam damni reſtitutionem occiſi uxor, & liberi petere queant *Gravett. Conſ. 119.n 11.Berlich d Concl.12 n.3.6. De jure Saxon.* aliud obtinere videtur,ubi judici mulctam pecuniariam,& agnatis interfecti Wergeldum ſolvere obſtringitur occiſor coactus LandR. *libr 2.art.14.Moll.ad Conſtit.El.P.4 Conſt.11.n.1. Berlich d.l.n.5.* Hoc tamen procedere puto cum *Excellentisſimo Domino Præſide ſupra adducta Deciſ. 2. Extenſ. 2.* ſi exceſſus in defenſione fuerit commiſſus *Carpz. in Pract. Crimin. P. 1. Q. 28. n. 48.* Et quatenus ille exceſſus tantum meretur relegationem vel mulctam, veluti in Dicaſterio Jenenſi menſ. Febr. Anno 1609. ad requiſitionem Judicii oppidani Naumburgenſis pronunciatum fuit: Daß der gefangene deß verſtorbenen Freundſchafft ein gantz Wehrgeld / vnd dem Gericht die höchſte Gewette alß 4 aſch neben den Unkoſten zu erlegen ſchuldig/alß den wird er vff ein gewöhnlichē Uhrfriede ſeiner Hafft nicht vnbillich entlediget/V.R.W. Secꝰ ſi fuſtigationem *P 4 Conſt Elect.11.* Servato v. moderamine inculpatæ tutelæ inſultatus ab omni pœnâ eximendus, & abſolvendus

teſtatur *Dominus Preſes d. Deciſ.* Daß erwenter Regiments-Quartirmeiſter die von jhm vorgeſchützte Nothwehr zur genüge erwieſen/vnd beybracht/dahero er von angeſtalter Inquiſition zu abſolviren vnd zu entbinden / auch wegen der am George Schindeln begangenen entleibung ohne einige Fahr/vnd Wandel zu entledigen V.R.W.

XXXIV. Repugnant homicidio neceſſario quādo quis ſe ipſum in periculum conjicit,& cauſam rixæ dat. Cardo enim totius hujus materiæ cōſiſtere dicitur in bono principio,an quis operam dederit rei licitę *Gail.libr.1.d. PP.c.16. n. 17.inf.Carpz.P.4.Conſt.El.9.Def.3.in f.& Def.4.per tot. Berlich. P.4.Concl.13.n.4.* Itē ſi quis moderamē inculpatæ tutelę egreditur *l.1.C.unde vi*,ne atrocior ſit defenſio quàm inſultus. *c.ſignif.2.in fin.X.de homic.Coraſ.ad l.ut vim 3 ff. de J. & J. Obrecht d.Tract.c.4.n.13.in fin.* Exceſſus ille variis modis fieri poteſt, ſcil.quando inſultatus inſultantem in terram dejecit, armis privavit eumq; per manus,& pedes ligatum occidit; vel ſi invaſus adverſarium fugam arripientem perſequitur, & interimit.Plures caſus vide apud *Berlich d Concl.13.n.15. 16. &c.* qui omnes judicis arbitrio decidendi committuntur *Menoch arb. QQ.Caſ.277.Bocer.d.c.10.n.60.Harpprecht d.§ 5.n.147.Beſold. ad l 3.tit.1.libr.1 ff.n.26.Kremberg.de N.D.Q.6.n.9 Weſemb. π.ff. ad L.Corn ſic.n.22.*

TXXV. Excedentem tamen moderamen inculpatæ tutelæ non ordinaria L.Corn.de ſic,ſed arbitraria pro modo exceſſus pœnâ puniendum eſſe cenſent *Conſt. El. 11 P. 4. ibiq; Carpz.Coler.de Proc.Execut.P.1.C.9.n.54.Gail.d.cap.16.n. 19. Arum.d.Diſp.π.1.th.3, Berlich.P.4.Concluſ.18.n.1.Beſold.P.2.Conſil.78.n.2.* Et ita in Dicaſterio Jenenſi menſ. Febr. Anno 1639. Nicolao Vattern zu Lecheſten reſpōſum fuit:Do jhr zu förderſt ewre gerümbte defenſion vnd Nothwehr / inmaſſen jhr zu thun ſchuldig/ausführen würdet/ſo ſeyt jhr ſo dan gantz zu abſolviren,oder doch nach befindung der Sachen beſchaffenheit mit der ordentlichen Straffe der frevelhafftigen Todſchläger zuverſchonen/vnd dargegen mit einer Wülkürlichen Straffe zubelegen V.R.W. In delictis enim principium,non exitus ſpectatur

ctatur

ctatur *l.quoniam C.de vi Publ.l.ſi.ex plag.52. §.1.ff. ad L. Aquil. Bocer.d.c.10.n.37. Obrecht c.11/n. 5.* Dandũ inſuper aliquid eſt juſto,& inconſulto calori, qui dolo propriâ Criminis notâ *l.1.ff.ad L.Corn.de ſic.*caret.*l.1.§.5.ff.ad SCt.Turpil.l.Grachus* 4. *C.ad L.Jul.de adult.*ut ita delictum per iram commiſſum non exiſtimetur doloſè & ex conſilio factum.*Aretin. Conſ. 8.n.2. Teſſaur.Deciſ.:78.n.4.Gail.2 obſ.110.n.35.Bocer.de Duell.c. 8.in f.* Quam ob cauſam Seabini Lipſienſes alapâ inſultato, quod inſultantem occiderat,tantùm fuſtigationem dictarunt,referenteDomino *Carpz.P.4.Conſt.El.10.Def.5.*Hîc terminus eſto.

COROLLARIA.

MAndans aliquem vulnerari ſub hac conditione, ne occidat,ex homicidio ſubſecuto omninò tenetur pœna Ordin.L.Corn.de ſic.

Non ſolum injuriam realem reali, ſed etiam verbalem verbali repellere,& retorquere licet.

Officialis Magiſtratus occidens maleficum armis reſiſtentem nullâ,fugientem v.arbitraria pœna eſt puniendo.

Præſtantiſs. Dn. Reſpondenti,amico meo pl. dilecto.

DIgnus laude,quod hoc tecum cogitaveris unum,
Ut tibi ſint gemini perſpecta volumina juris.
Sat probat ingenium tua diſſertatio ſollers,
[illegible] mox præmia.

Eximio Dn. ZIMMERMAN Diſputationis hujus Autori, LL. Cultori ſtrenuo, Amico ſuo perchato S. P.

Sancta Deo vita eſt hominis, quam quisquis ademtam
Vult temere, in ſummum conſpuit ille Deum.
Sed tamen & tutela ſui quandoq; requirit
Cædem, quam juſtam publica jura probant.
Hanc explanandam tibi ſumis, & abdita promis
Jura, Deo hæc grata eſt Judicibusq; opera.

Godfried Fiebig D.
& P. P.

HOC AGERE, haud multi didicêre, aliena ſequentes
Plurimi agunt, olim quæ nocitura ſibi.
Tu diverſus abis à cœtu hoc, atq; labore
HOC AGIS adſiduo, pervigiliq; oculo
E tenebris luci præclaram exponito mercem,
Ingenii: adplauſum tota cathedra dabit.

ZIMMERMANNE,

Paucis hisce de laudabili concatenatorum ſtudiorum tuorum progreſſu, publicū hoc teſtimoniū ſtatuere, mearum fuit partium. Nihil TIBI, magis fuiſſe cordi, quàm publicè audire docentes Tuos præceptores, Juridicum auditorium, privatim verò mutos conſulere magiſtros, Ædes meæ, quas ſesquiannum inhabitaſti gratus hoſpes, confirmare poterunt. Parens Juris Conſultisſimus Filio adſpiret lucem, & conciliet exiſtimationem practicam, ſummusq; Juſtitiæ Præſes benedicat utriq;. Hoc votum eſt Werneri Rolfinck Phil. Medic. D. Practicę & Chimiæ Profeſſ. Public:

DEO ter opt: maximo ſit Laus & Gloria.

[illegible library stamp]